Translation of the Letter sent at Oulcan-
doo

Nos Animalia Pulopinangue hujus
insulae Francii Servios ac Principali
Digni Justitiae Caritate et miseri-
cordia — Quum praesentim nulli quid-
quam Mali faciemus: pavemus tamen
ac pertimuscimus, ex eo quia vidimus
vos magnates magnos huc advenisse.

— Et jussioni vestrae satisfacere non valemus.
Vultis enim a nobis permulta emere animalia
gallinas anetres anseres bubalos caetera: quae vel
apud nos plebem exiguam ac pauperculam non
extant nisi paucissima +. Quapropter prae timo-
re et pavore omnes nos simul confugientes
cava nostra abscondimus capita. Prostrati
rogamus Vos, Magnates Magni, habere miseri-
cordiam erga nos, e[illegible]mate nobis hunc timorem,
pusillanimibus [illegible]. Bona nostra exposita sunt,
[illegible] rogamus, ne [illegible]des nostras incendatis;
et Vos Magnates Magnos centies adoramus.

+ nec comparari queunt ad vestram satisfactionem

Anno ...

Pax vobis salusque bona. abou

Parcite metu, Gubernator et popule care, nos Europei sumus homines urbani benevolentes ac benefici: non alio fine pertranseuntes ad vestram Insulam subsistimus, quam ut a vobis aliqua emamus esculenta, siqua habeatis vendenda, et velitis ea nobis vendere: nullam omnino habemus, nec ullam volumus habere perversam intentionem obligandi aut cogendi vos ad vendendum nobis id quod non vultis. Dolemus autem maxime, quod sine causa paveatis. Cur autem tantopere perterriti a nostro conspectu velut a facie colubri effugistis, ac latitatis, omniaque vestra bona quasi nobis diripienda reliquistis, profecto causam invenire non possumus: nisi forte, quia nostram humanitatem ac bonitatem necdum cognovistis. et ita nobis persuadentes vestro timori veniam damus libenter. Vehementer tamen vos hortamur uti imposterum si[illegible] Europei nobis non absimiles huc advenerint, eos [illegible]nfidenter excipiatis et tractetis sicut vestros a[illegible]s et fratres et sic experti scietis, qua[illegible] liberales sint et benigna nationes Europeae. De nave attulimus tibi binas lagenas liquoris optimi ad donandas tibi Gubernatori: et quia abes, eas domi tuae reliquimus, ut eas in nostrae amicitiae argumentum habeas acceptum. Cras si nobis alio cogitantibus non favebit ventus: quaesumus vos tuto esse domi, quo possimus vos invisere, et plura vobis exhibere beneficentiae argumenta.